



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

India

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

INDIA



SOCIETAS nostra habet in India
Domicilia, si ea etiam, quae Iaponiae
Sinisq. adnumeres, omnino quadre-
ginta quinque, socios quingentes et
ginti quattuor. Baptizati variorum
loca quamplurimi: ubi conficiuntur
annuatim viginti octo millium. Apud Indos octies mille
uicies apud Iaponios, posteriore anno: nam de prioribus
nihil comperti, nec desunt qui Catechismo praeparantur.
Cooptati in Societatem octoginta duo: Cuius
unde quinquaginta: Iapone viginti tres.

IN INDIA, ut iam de ea seorsum expediens, et
pleniores (his praeteritis, in quibus uersantur praesentibus)
uiginti numerantur. Octo praeterea Seminaria Iaponiae
adolescentulis instituendis: in quibus singulis uicibus
quaterni, uel quini. Socij quinque supra quadringentos.
Demortui unde uiginti. Nam hoc in numero uicibus
censentur tres, qui (ut nostrorum uita per incerta
ris & tempestati quotannis uoluitur) obierunt in
mari, anno octogesimo quinto: et duo, qui consequenti
in comitatu Iaponiorum: quattuor item, qui post
fatum naufragium ad Casres eiekti, finem uitae, quae
per extrema omnia ducebant, impleverunt. Miranda
perceptum ex horum obitu dolorem, Iaponicorum
Dominorum anno octogesimo septimo, mense Martii
Goam aduentus: qui accepti sunt non modo a nostris,
sed etiam ab uniuersa ciuitate, maiore cum gaudio
quo res fuerat propius metum, erat enim superior
annus

annus multorū nauigandi infelicitate infamis. Quae-
 sitissimi honores habiti iuuenibus. a Prorege perhu-
 maniter accepti, donatique: super omnia dona, equus
 singulis ex Arabia regifice instratus: et exolutū li-
 beraliter, quantum factum esset in itinere, quantum
 faciendum in commoratione, impensa. quin etiam eo-
 rum oblectationi equestres ludi summa cum dignitate
 celebrati. Ipsi vero iuuenes nullum facere finem lau-
 dandae Europae. maximā maiestatem eius Principum
 cum pari humanitate in calum tollere: in ore habere
 Catholicum Regē, & qui praest regimini Lusitaniae,
 Albertum Cardinalem: Italiam rerum pulcherrimā,
 Romamq. Christiani imperij caput, sedem appellare
 religionis, fidei, sanctitatis: mortales, quibus in Euro-
 pa nasci contigerit, per beatos dicere: recteq. tot rerū,
 quas viderunt audieruntq. voluptatem, cum tam lon-
 go ac difficili itinere compensatam arbitrari. et nunc
 pleni letitia speiq. maximā Aprilem expectant. an-
 ni octogesimi octauī. vt, cum Deo, soluentes, reducen-
 teq. eos Patre Visitatore, qui (quod scitis) Goæ sub-
 stiterat (eum nunc sequentur septemdecim nostris)
 in patriam reuertantur. Sed me iucunda quaedam Ia-
 poniorum Regulorum commemoratio longius tulit.
 Nunc ad rerum ordinem venio.

GOANA. PROFESSORVM

Domus.

PIORVM liberalitate celeriter & magnifice
 domus extruitur & templū: et, vt nunc est, in
 O o edem,

eadem, qua ex commodato utimur, magnus hominum
 concursus. Nullum est enim Domorum Proficium
 munus, quin hic fructuose exercentur. Ita socii cin-
 ginta septem, sacerdotes duodeviginti, in proximo
 salute habent operam bene occupatam. ad curiam
 incredibilis multitudo. Sacramenta frequentiam
 maximus numerus. Audiuntur & firmantur agri-
 nec praesplendore nobilium, se uicia negligunt. ad-
 uantur etiam qui clauduntur in carcere. nec desero-
 tur qui rapiuntur ad mortem. Vnius conuersio equi-
 mirabilior, quo prius animi perniciosior, deinde dolo-
 ris, propter commissa scelera, tenacior fuit. plures
 quam plurimi. eorum aliqui, submissi petentes terram,
 eos pacem orabant, a quibus erant offensi. plures
 aliquot ijs nuptiae, quibus insueuerant. puella inopes
 permulta collatitia dote collocata. In nosseu de-
 fidet sacerdos, ut rebus spiritualibus praesit, cum duo-
 bus tribusue Nouitijs gratia experimenti: malucum
 a peccatu reuocati animi. hoc magnum in illo, qui
 sanus id fecisset, postridie mane inuentus est mortuus.
 Prior e anno vnus vicinus morti, ut nec vocem habere-
 ret in potestate, Baptisinum cum accepisset, quem in-
 tu petierat, sanitatem recepit. Ceterum insignis
 ad excitandum pietatis sensum in animis, supplicium
 Anastatica, qua ab Collegij aede processit ad vici-
 simum. Domus templum: obscuro adhuc cepta. lucis
 sed tot funalia noctem flammis vincebant. longam
 ne, tam crebri ignes coronabant vias inumbatas et
 baribus, ut coruscarent in morem Solis exorti. Malucum
 priore anno Malucum duo. totidem ad arcem Malucum
 galoru.

galoris . cum classe utroque anno in singulis expedi-
tionibus bini. Et constitit fructus inter milites maiore
quod & tēpus longius (semel annum fuit) et neces-
sitas, quæ facit homines religiosiores, propior extre-
ma. Ducenti baptizati ex hostibus captis bello.

COLLEGIVM. SANCTI. PAVLI

RERVUM in hoc Collegio gestarum, quod socij
habitarunt octoginta septem (ijs, quæ perti-
nent ad litterarum studia, omisis) maximam partem
rapit Pater Christianorum. Pater Christianorum dici-
tur ab his gentibus, qui præest rei Christianæ promo-
uendæ. Hic namque & Christianos iam factos fouet,
& omnem dat operam, ut ad Christum alij aggregen-
tur: ea caritate, ut vel ab ipsis Ethnicis diligatur, col-
lataq; spōte elemosyna in bonis operibus adiuuetur.
Vnus quidem eorum opulentus & nobilis, præaltam
Crucem e tigno, quod domi habebat, fieri iussit, eaq;
Patri misit, a quo intelligebat hoc agi. Et statuta est
in via suburbana, sacra cum carimonia, omni fere
Christianorum turba ad orandum & spectandum ef-
fusa. Idem Pater custodias adit publicas, vinctos iu-
uat, expedit interdum ære alieno, ut solvantur. eum
enim Prorex cum vinctorū audit causas, vult inter-
esse: itaque aliquando octoginta dimissi. Idem, hoc
biennio, quo est fame laboratum, sustentavit multo-
rum inopiam. Hoc spectaculum, Ethnicis magnum ad
conuersionem incitamentum. Multi utroque anno quā
maximo apparatu celebrati Baptismi, in quibus non

raro aliquid admirabile. Quidam paulo post, nonnulli statim a Baptismo, expirarunt. alij quos a recta fide adducere moliebantur, ad eandem ab ijs adducti, Baptismo lustrati aliquot Brachmanes (ij apud Indos Magistri superstitionum) cum filijs & uxoribus, interdum mulieres inscuis viris sese liberosq. ad Baptismum obtulerunt. celeberrimus Baptismus adolecentis ex antiquissima stirpe Regū Balagata. Is est nepos, ad quē Idalcani Regnū pertinebat, susceptus a Prorege, qui & cognomen ei gentilicium dedit, igitur Ioannes Menesius. post Baptisma magno equitum agmine, equo insidens adductus in Collegium, ubi lautum ei epulum, Japonijsq. Regulis dandum. Et etiam ab eodem Patre repertum non paucis locis, Fames erat in hac ora, inopia questus, & penuria alimentorum: ita Ethnicorum multi, sibi vitam etiam se, paucula mercede vendebant. Egit Christianorum Pater cum Prorege, ut venalij emi totum a Christianis possent: qui empti ab Ethnicis, non Christiani fierent (id enim iamdiu cautum est Regi decreto) libertate donarentur. Hoc Patris ingenium permultis saluti fuit. Ex hoc Collegio tredecim viros varias expeditiones dimissi.

DOMVS. PROBATIONIS. GOANA,
& Collegium Salfetanum.

PROBATIONIS Domus Goana (in qua nunc nostris quadraginta quattuor, atque ijs Nouitij triginta quinque) etiam si a Collegio parato

parata, onerabat tamē Collegium annuo censu: cum
 vtrique Domicilio satis fieri non posset. Sed tandem
 posteriore anno Dei providentia quiddam obtulit,
 quod nostros ea cura liberavit. Hac de re quam veris-
 sime expediam, si pauca repetiero ab huiusmodi nar-
 ratione nō absurda. Quinque illi pagi Salsetanæ oræ,
 qui rebellantes superioribus annis, fideiq. infensi,
 interemerunt quinque e nostris: super ceteras pæ-
 nas, quibus merito affecti, privati sunt proprio re-
 gimine, & duobus Lusitanis viris illustribus a Pro-
 rege assignati: tres Petro Castrio: reliqui Ioanni a
 Silva. Post tertium annum Castrius Lusitaniam cogi-
 tat. transferenda igitur in alium pagorum possessio.
 cū hoc accepisset Pater Visitator, nō prætermitten-
 dam occasionem ratus (est enim Castrius noster per-
 familiaris) exponit illi necessitatem Probationis
 Domus, onusq. Collegij: orat (quandoquidem sunt pa-
 gi relinquendi) suscipiat hanc cogitationem, eos ne
 præstet ad Dei famulorum vsum referre, an vendere
 alijs pretio quocumque. Videbatur ea res Castrio ha-
 bere deliberationē, nec facile explicari posse: itaque
 distulit. Interea Nouitij, Visitatoris admonitu, preci-
 bus insistere, orare Sanctos Christi Martyres, qui nu-
 per in illis pagis profuderant vitā, vt rem suscipiant,
 cuius successus ita vtilis conuersioni populorum. pre-
 ces auditæ maiorem Dei gloriam quærentium. nam et
 Castrius liberam possessionem nobis omnē donauit:
 et consecutus Salsetanorum, qui requirebatur, assen-
 sus: Prorege ipso, omnibusq. Magistratibus nostra
 causa adlaborantibus.

COLLEGIUM Salfetanum haud procul ab
 vrbe Goa diuisum in Sedes sex, socios habet
 quattuordecim: ex his sacerdotes decem: qui curas
 siue Ecclesias curant nouem, & prebent Sacramen-
 ta populo nuper edocto. Quo autem in dies religio
 amplior, & illustrior: hoc ades plures, ope noui
 Christianorum, siue a fundamentis excitantur, siue
 ea, quae sunt, vt frequentem capiant multitudinem
 & alliciant, laxantur magis ornanturque, viliat
 dignitate consequente. Igitur Rzacholi vbi Collegij
 & regimen in sedes, Sacrarium edificatum: abolu-
 tum Sacellum, quod extollebatur in templo: domus
 denique, vbi nostris esse liceat commodius, qua tamen
 nio ante inchoata, fastigium impositum. In locis
 etiã sedibus cū angustiora essent tēpla, alia vno pa-
 lo capaciora opportuniore loco extructa. tertio ab
 huc alibi inceptū. Margani, vbi nostri, post bellum
 diū, quod paucis ante annis domū vastauerat, in cō-
 datis aedibus habitabant, facta cubicula aliquot cum
 aula accōmoda cōmorationi nostrorū: quibus in pla-
 in flumine e regione Collegij ab optimatibus data:
 vnde annuus census. Sed et in sede cui nomē a sancto
 Thoma, tāto animorū studio properata ades, vt se-
 steterit intra annū. ita factū fuit opus, cū quinq; oppi-
 da in proximo ad Christū accesserint. id enim sangui-
 ne fortasse Martyrū emollita pectora se facilius tra-
 ctari patiūtur: sic vt semel vno die duorum oppidorū
 sit facta conuersio. Et incitatur interdū aliqui ex re-
 culto stimulis, quos ab euētu agnoscas a Deo fuisse.
 Magna autē cōuersorū pietas, quā aperte, vt dicitur
 in

in adificatione & restitutione templorum ostendunt: cum pecuniam operamq. non inuitati conferunt, vt celeriter absoluantur. nec vero facile dictu, quantum acceſſerit commodi ad rem Christianã dono Caſtrij. Nempe tres illi pagi receptacula nuper latronum, & idola colentium, propter proximum effugium, cũ anguſto tãtum amne ab Idalcano diuidãtur, nunc, veluti clauſtra Salſetanae peninſula, praſidia videntur eſſe reliquorum. ita Neophyti tutiores, Catechumeni firmiores: qui vtrique a noſtris certis in Seminarijs inſtituuntur: et facilior conuerſio multorum. His duobus annis ſacro abluti Baſtimate mille centum quadraginta. Reliqua communia.

COCINENSE. COLLEGIVM

MVLTA ſimul cõplectimur: Cocinense Collegium, & Sedes, quae a Collegio reguntur. ſi quid erit ſingulare, unicuique reddetur. In hoc Collegio ſocij viginti duo, ſacerdotes ex horum numero tredecim. Et Collegium quidem templumq. nuper inſtituta: nec, quae noſtra eſt opum tenuitas, noſtro aere promoueri poſſunt. Sed inijcit ſæpe voluntatem Deus hominibus, vt ad perſciendum opus, de facultatibus ſuis aliquid impertiãt. et ſi nos quoque, ingruente fame, ſuper Catechumenos, aliquot alios noſtris copioſis aluimus. Luſitanis, qui hic ſunt, noſter vtilis labor: quo maior ijs quotidie ad pietatem acceſſio. Facta æris reſtitutiones, admirabiles Ethnicis viſa: et tanto maior conſecuta exiſtimatio religionis

Christiane: ad quam multi utroque anno accedunt
 in his e Regio olim genere Naires duo: qui nunc
 tandem post mysticum partum, aiunt maris feliciter
 num aculeis, quibus animo compungebantur, fuisse
 liberatos. Unus quidam extrema aetate, ut exiit
 baptizantis manibus, ante eius pedes animam efflu-
 uit. Cum demone est acerrima pugna. Sacra uero
 vi precationum non ab animis tantum, sed et a cor-
 poribus eijcitur. Quin etiam (ut sepe pro locorum
 superstitione vocatur a veneficis ad expellendos mor-
 bos) si interueniat forte his cantionibus Christianis
 nullam vim habet veneficium, & diabolus Magi-
 rum recusat imperium. Ceterum Sedes duas, quibus
 Cocinense Collegium moderatur, sunt inter oppo-
 sita Ethnicorum, e quibus nonnulli perducuntur ad
 fidem. Eorum Rex ita nostros non odit, ut in huma-
 nissime complectatur.

V A I P I C O T A E Sedes est prisca inter Chri-
 stianos, qui se a Sancto Thoma appellant. ij sunt im-
 plius centies mille. in ea Sede quattuor e nostris
 bene ponitur labor. nec ignarum id Regi Catholicis
 qui eam rem Patri Visitatori per litteras commen-
 dauit. Multa in illa gente obsoleuere propter vetu-
 tem: plura inualuere propter imperitiam. Sacra
 vnus e nostris percallens lingua Chaldaica, compa-
 ra in eorum sacrificulorum (Cassanaires appellant)
 Ritualibus inuenit a Catholica fide dissidentia. Ne-
 storii magistrum illum impietatis in Sanctorum numero
 habebant. eius alumnos disciplinae tamquam celo re-
 ceptos venerabantur. ostensus est illis error: eos
 purgati.

Purgati. Confessiones audita non pauca: et saepe
(quod maiorem affirmat hominum pietatem) per in-
terpretes: aperta est pueris schola doctrinae Christi-
anae: ad quam, eorum vnus graui correptus morbo,
cum chartam, quam sacris inscriptam verbis eius
rogatu miserat noster, subnexisset collo, altero die
valens accessit. eodem remedio Ethnicus inuetera-
tam inualetudinem abegit. Ab his inijs inchoatū
Seminarium puerorum, adiuuante opus. Prorege, &
gratantibus indigenis, qui liberos suos nostrae disci-
plinae committunt. Aedes nostra eiusdem Proregis
humanitate aliquod capit incrementum. Parauarum
Dynasta (hi sunt populi Vaipicota contermini) tre-
centos aureos, & elephantum misit, reficienda no-
strae Domui, quam tribus ante annis in bello incende-
rat. Qui adolescentes insituntur a nostris, mira sunt
apud omnes existimatione. Regulus quidem Porcae
(Porca uicinum est oppidum) vni eorum magnum ha-
buit honorem: et multis admirantibus, eum dixit a
se habitum illi, propter nostrorum disciplinam. Cele-
brata supplicatio, in eaq. praelata Crux (vbi sacro-
sanctae reliquiae) sollemni pompa: et exhibitum spe-
ctaculū sanctissima Crucis Heraclio ab Cosdroa red-
dita, incredibili approbatione. et spes est, vt eo an-
nuente, qui dispersos colligit, perniciosum schisma ali-
quando tollatur.

IN EO TERRARVM tractu, qui est a
Cocino ad Porcam, duo sunt templa (nunc additū est
tertium) ijs praesunt sacerdotes duo nostri: magno cū
labore, nec minore cum periculo. Quippe inter me-
dios

dios

dios Ethnicos non ita facile conuertuntur animo
 Steriore quidem anno paulo plures ducentis) et di-
 ficilius retinentur. Aegrotō cuidam, quem ad con-
 fitendum peccata facultas magis defecerat, quam
 voluntas, cum hortante sacerdote fudisset ad Deum
 preces circumstans familia, vox reuē: non de-
 inde veluti suspensa, Diuino beneficio, non am-
 tam abstulit, quam confessio esset finita. Viri qua-
 tuor, qui concubinas, vt dimitterent sc. cū non pete-
 rant oratione sacerdotis: vbi ille in eorum conpe-
 ctu, id vt impetraret a Deo, sese acriter flagello ver-
 beravit, fecerunt quod rogabantur. Efficacior nempe
 visus verberum sponte corpori inflatorū, quam ver-
 borum vtcumque iactorum sonus: et Christianitas
 euidentibus factis, quam strepenibus cū
 illustrior.

COVLANA. DOMVS. ET. ORA
 Trauancoris.

HAC IN DOMO, & alias tribus per se-
 des in Malabarica regione, habitant nostri
 duodeviginti, studioq. adiuuandi proximos opera ad-
 dunt. ad sacrū lauacrum accessere ducenti septuagin-
 ta. Templum praterea conditum in oppido, quod Cou-
 lano abest millibus tribus.

IN ORA TRAVANCORIS sacerdo-
 tes quattuor, quibus multorum mortalium cura com-
 missa. Baptismi Sacramento expiati quadringenti qua-
 draginta. et ad Neophytos tuendos aduersus Dynasta-
 rum

tum impotentiam, suscipiendus interdū labor. Adiuuat gratia, qua nostrorum vnus valet apud Regem totius regionis. Sed & hic Maumetes spargebat venenum: & aliquos infecerat, qui de saxo extruendo permissu Regis cogitabant. Oppressa semina tam exitiabilis superstitionis, tum nostrorum consilio, tum maxime Dei miraculo. Qui primi ex impio ritu se iunxerant matrimonio, cum virum vidissent, candenti, vt dicebant, veste, vectum equo, horribili specie, metu mortui. et repentinum horum exitium salutare multorum fuit exemplum. Qui nutabant cōstabiliti in fide: alij erecti.

I N P I S C A R I O littore duodecim sacerdotes. Laicus vnus. Domicilia sex. Præcipuum in insula Manar: vbi perpetuo terni. Christianorum quadraginta tria millia. templa per diuersa loca viginti sex. nec facile tam multis satisfieri tam exiguo numero potest. Mirabilis hominum religio. Aptissimam putant coercionem esse peccati, confessionem. Gens prona ad eleemosynam. proxime obtulerunt pauperibus aureos ter mille & quingentos: collato are quadraginta virgines collocarunt: duorumq. valetudinariorum que sunt in hoc littore, vsui, & rebus, ne quid desit, omni ratione subsidium parant.

T I T V C O R I M I nuper nostrorum consilio, & auxilio Pantagatinorum (ij sunt capita regionis) inceptum Seminarium indigenarum adolescentium, qui se Clericos fore profitentur (ij iam plures triginta) magnos progressus habet. Ceterum Baptismata aliquot sollempni ritu habita: præsertim in Manar insula,

sula, tutiore ab aduersarijs recessu. baptizati septuaginti. qui etiam humanis opibus suere aduocati. His annis duobus, super infantes, mille septingenti omnes ita gaudentes religione suscepta, ut carum non modo latitia, sed etiam rei suos fecerim participes. Horum aliquibus Deus tribuit illud beneficium, ut qui ipsos venerant peruersum, conuerterentur.

SEDI BEATI THOMAE, ubi tres nostris, additum alterum templum. Ibi ad Christianum se adiungere priore anno quinquaginta.

COLLEGIUM. MALACENSE

Sedes Malucensis: Iaponiorum Domicilia aliquot, & Sinarum.

MALACENSE Collegium habent cum tribus Laicis sacerdotes tres. Malucensis Sedem multiplicem sacerdotes octo, cum Laicis duobus. In Malacensi expeditum templum, & collata ad rem sacram lauta supellex non pauca. ea res de corem vrbi attulit. Aucta quoque aliquo vestigia res domestica.

AD MALUCAS INSVLAS cum priore missu Patris Visitatoris ierunt duo: postea sacerdotes tres cum socio, ut in quattuor sedibus laborum partirentur. earum dua in ora Malucarum, in regione Amboini a Malucis & Tridore tercentum fere millibus altera. Vtile id genti, cui iam plures saeculorum administri: ipsis administris iucundum, quorum paucitas prior defatigationi propior erat.

I N A M B O I N I tractu, littera venere, esse iam Christianorum oppida sex & triginta. in Malucis & Selebribus amplius quadraginta. ea cum inuiserentur, reperi in duobus plures cum pellicibus: quas postea, de indignitate educti, iustis sibi nuptijs uxores fecere. et restituta disciplina. in vno salutari aqua tincti nongenti: e quibus fere sexcenti quartum annum egressi: in altero octodecim cum Baptismo cesserunt e vita. Messis ubertate, latior fit labor operarum.

D E I A P O N I I S rebus hac accepimus. Apud **X I M A S**, in illis terris, qua ab Arimēsi Rege, post Tacanoui mortem recepta, dederunt Christo nomen primores Regni quatercentum. Horum exemplum, nisi quid aliud acciderit (hoc dictum propter praecia Japonijs sueta) ducenta millia secutura videbantur.

B V N G I, etsi contra nitente Rege Filio, alijsq. Principibus, Ecclesia quotidie amplior. vincit enim auctoritas, & prudentia Regis Patris cuius omnia consilia illuc vergunt. Per eum spes est, ut **F V N A I I** via vna, qua est Collegium iuxta, perueniat ad Christum. Iamq. in ea Crux conspicitur erecta.

N E C M E A C V M caret fructu. e Faxiba cohorte, qui amplissimum Nabunanga imperium obtinet, quattuor viri nobiles Christum accipere. fauet autem Faxibas nostrorum studijs, & soboli Christianorum. Iusti v. conduni res promouet, & honori studet. ei concessit oppida quadam in initio regnandi. In his amplius millia quindecim praeparabantur ad Baptisum. edificat propterea nostris domum, & templum:

plum:

plum: eorumq. postulat numerum augeti. Missi
 quando vna decem: submissi alij: nec ad huc satis.
 tertium Bungi Seminarium faciendum, alia duo con-
 landa, ut in singulis alantur minimum octoginti, in
 micilia nobis, quæ iam sunt quattuor & viginti, mu-
 tiplicanda curat. Ceterum Tyrociniū nostrum, qui
 quiescit augetur virorum flore, & robore virtutum.
 Etiam tunc, cum ea scribebantur, quindecim habebat
 Societatis numerus, ad eam se adiungere cupiebant.
 Et sane par est augeti laborantium numerum, ubi
 seit materia laboris.

RES SINENSIS hoc erat in statu. Ad
 duos sacerdotes, qui olim Xauchini (ea est vniuersi
 nominis) procerum permissis sedem fixerant, plures
 non abnuentibus, accessere alij duo. Cum exploratis
 quid agendum, captum consilium incepto, prout
 tuum euentu. Penetrare placuit in aliam Regni por-
 tem, ut pluribus præsijs munitur commorari
 opportuno factum, ut Mandarinus ille (nomen est pu-
 blici Magistratus) per quæ prior impetratus ingressus
 iam Namquinus, dignatione aucta, in aliam provin-
 ciam mitteretur. Eius igitur amicitia & adfuerunt
 vti Michael Rogerius, & Antonius Almeida, ab
 se contulerunt, Duarte Sandio, & Mattheo Regio
 Xauchini relictis. Igitur Sinis stationes duæ. ne cogita-
 batur de tertia. At Pater Visitator prudens moderatus
 statuit bonis consilijs, quæ mora valescunt, spatium
 dare: ne violentia expectationem precipitet. Et
 ipsa docuit, apud Mandarinorum nationem materiam

susplicacem, festinatione atque auiditate præpediri cōsilia sapientiorum: et quæ accipi possunt, non esse rapienda. Xauchini autem hætenus Christiani viginti: candidati plures. spe quidem, ea quæ scribuntur, quæ re maiora. Sed rei etiam ipsius, ut parua fere principia omnia, pænitere non debet. Diu enim moliendum, quod stabilius esse debet, & effici celerius.

EXPOS VI, Patres Fratresq. carissimi, ut potui, vix intra decimum mensem, in cōcursu plurimarū occupationum narrationem rerum, quæ biennij spatium, aut a uobis orta, aut non sine vobis, operosum sane opus, & spissum, et quod desiderasset (ut alias) biennem operam vacui hominis, & hoc vnum agentis. Quod si ego me obtulisset, siue oblatum onus sine cunctatione recepisset fiducia virium: fuisset furor: nunc amor obsequij persuasit, ut quoniam subterfugere non poteram quod imponebatur, plus etiā susciperem, quam possem. Id tam cito perduxit ad finem, tum more hominum, quibus natura insitum prope sequi, quæ piget inchoare: tum quod satis diu litteræ annuæ tacuisse videbantur. Et longius processit magnitudo voluminis. sed ex ijs, opinor, quæ audistis, intelligitis, non me longum, qui scripsi, sed res, de quibus scripsi, multas fuisse. Plura fuerunt impolita, & obscura. sed quid mirum, cū ea ipsa, quæ exaravi, non dico limare, sed vix potuerim semel recognoscere? Ceterum, quam celeriter hæc scripserim, vidit Collegium Romanum, quam inornate, iam scitis omnes: ut quem interdum incepti prope pænitebat, nunc pudeat facti: propterea æquius est, cum cognoscatis causam,

sam,

*sam, oranti veniam, ignoscere, & maiora Societati
in dies Deo tribuente, meliora ab alijs excedere.*

*Romæ. Ex Collegio Romano. VIII. Idus
Novembres. M. D. LXXXIX*

Omniū in Christo seruus

Franciscus Benciu.